



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 28. Papæ responsum ad San-Valentini Comitis querelas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

caussæ decisionem tendebant: ceteri **Sæc. XVI.**
vero Cardinales Paulo IV. penitus ad- **A.C 1556.**
dicti summopere Pontificiam extolle-
bant auctoritatem, ac ultra modum
prudentiam, studiumque Pontificis exag-
gerantes asserebant, quod huic malo
remedium opponere penes ipsum solum
esset, ac proin omnia prudentiæ ejus
committerent. Hoc itaque Senatu re-
infecta soluto Pontifex fœdus in Galliis
esse conclusum perceperat, mox vero
Albæ Dux, qui se Quæstoris postulata
ignorare simulabat, San - Valentinum
Comitem ad Papam ablegabat, ut Ve-
gam Philippi Regis Procuratorem libe-
rum dimitti peteret, simulque querere-
tur, quod Vir publica dignitate insig-
nis absque caussæ cognitione cap-
tivus detineretur. Sub idem tempus
Sarriæ Marchio Caroli Cæsaris Legatus
obtenta alloquii copia se discessurum
officiose Pontifici significabat, ac die
tertia Mensis Augusti Roma excedebat.

§. XXVIII.

*Papæ responsum ad San - Valentini
Comitis querelas.*

Verum San - Valentinus Comes mi- **Pallav. c. 18.**
nus benigne excipiebatur a Ponti- **num. 1.**
fice; hic enim ira commotus eidem re- **Act. Confis.**
spondit, quod querendi caussas, quas **7. Aug. 1556.**
Albæ Dux proferret, Sacro Collegio **Thuan. l. 17.**

Hist. Eccles. Tom. XLII. Ce ex-

Sæcul. XVI. expositurus esset, prout reipsa præsti-
A. C. 1556. tit: Paucis vero post diebus San-
 valentinum remisit, eique socium adjun-
 xit Dominicum Nerium Nobilem Roma-
 num, qui Pontificis nomine hæc Al-
 bano Duci exponeret: pleraque, de
 „quibus tu querelam instituis, solum ea
 „negando diluuntur, ceterum Papa est
 „Princeps liber, qui propterea actio-
 „num suarum rationem nemini reddere
 „tenetur: imo ipsi competit jus in
 „omnes terræ Principes utpote se infe-
 „riores, ac sibi subjectos, ita, ut hi
 „proinde rationem ipsi dare adstringan-
 „tur: insuper Papæ integrum est quas-
 „cunque literas inspicere, ac retinere,
 „si in illis quædam contra Sacram Se-
 „dem nociva contineri, haud levis suspi-
 „cio esset. Porro Vega fines mandati
 „egressus, atque sui muneric om-
 „nino oblitus est, quippe seditionum,
 „machinationum, ac consiliorum clam in
 „Sacram Sedem, & Papam initorum
 „particeps audit, atque ob id illud jus
 „nunquam violandum, quod ad defen-
 „sionem obtendit, culpa sua amisit: hinc
 „ut meruit, sic habitus est, & nunc
 „etiam habetur, ut proin male, & ini-
 „que facturus sit Philippus, si se injustæ
 „caussæ ultorem præbeat: verum Papa
 „minis minime terretur, quo minus
 „ad ultimum usque vitæ Spiritum, quod
 justum,

„justum, & dignitati suæ, ac Sacrae Sæcul XVI.
„Sedi conveniens sit, constanter tuea- A.C. 1550.
„tur. De cetero autem hujus rei suc-
„cessum Divinæ voluntatis nutui relin-
„quere vult, cum a Deo gregem Christi
Domini pascere constitutus est.

§. XXIX.

*Albæ Dux in Campania Romana
victor.*

Exceperat Albæ Dux Nerium cu[m] Pallav. c. 19.
ingenti animi sui moderatione, cu[m] & 20.
vero Papam ob prompti auxili e Fran- Thuan. l.c.
cia adventantis spem arrogantius re-
spondisse existimaret, hinc die decima
quarta Septembbris bello initium fecit,
moxque Pontem-Corvum, seu Fregel-
las ad Lyrim, ceterasque urbes totius
Provinciæ, quæ Terra Laboris appelle-
latur, deditio[n]e cepit, promotisque
castris in Ecclesiæ ditiones irruit, ac
Verulum præmisit Garsiam Toletanum,
ubi Fabianus, & Laurentius Perusinus
cum duobus militum vexillis ca-
stra metabantur, cum vero hujus ur-
bis præfidiarii sese dedere recusarent,
Dux admotis belli tormentis oppidum
vi cepit, militesque armis suis spolia-
vit: Vespasianus Gonzaga vero Baucum
missus Joannem Vasconem Florentinum,
& Thomam Cameretum cum cohortibus
suis opprescit: his factis Albanus Ana-

C c 2

gniam